



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Resolvtio Lvtheriana Svper Propositione Sva Tercia  
Decima De Potestate Papae**

**Luther, Martin**

**[Wittenberg], [1519]**

**VD16 L 5783**

Propositio Ecciana.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32433**

### **C**Propositio Ecciana.

Romanam Ecclesiā nō fuisse superiorē aliis ecclesiis  
ante tempora Sylvestri negamus . Sed eū qui sedem  
beatissimi Petri habuit & fidem/ successore Petri &  
vicariū Christi generalem semper agnouimus.

### **C**Propositio Lutheriana.

Romanā Ecclesiā aliis ecclesiis fuisse superiorē p-  
batur ex frigidissimis decretis Romanoꝝ pontificū  
cōtra quę sunt te xtus diuine scripture/ historię ap-  
probataꝝ mille centūq; annoꝝ & decretū Cōcilii Nie-  
ceni oīm sacratissimi.

Prīmū vides, lector, de rei pā nos nō adm̄ dū dissentiōre, sed de  
causis & origine rei, nam nec ego nego Ro : Pontificē esse, fuisse,  
sore primū, nec de hoc disputo, nec hoc queritur, sed an pbatōes  
valeant, quib⁹ id afferitur. Mihī sane, quod fateor, maxime oīm  
displiceret, qđ in Ecclia aliquid afferū, studio adulatioňis vel men-  
dacijs pbatur, quib⁹ ecclesiā & fidem nīam aduersarijs ludibrio  
exponamus. Nō egēt ecclesia Christi nīis m̄dacijs, Super fidei pes-  
tram stabilitur. Nō abhorret discuti & inquiri, indefacitū ē vt Rō:  
pontificē adulatores in hoc primatu, iam diu suspitionē tyranniz-  
dis passi sint, dū velut malę fidei p̄fessores, nō permiserūt, hui⁹  
rei veritatē libere inquirere & disputare, qđ in in omnibus etiam  
diuinis reb⁹ (mō primatū hūc nō rangerent) libertissime pmiserūt.

Omitto itaq; Eccianā ppositionē, quā vt inuidiose & sub-  
dole positam, me nō capere fateor, nā sine vlla causa hanc in pub-  
lico mihi inuidiā mouit, cū hāc materia in nullo meoꝝ dictoꝝ,  
tractarim, sed adulatores sua quesivit, etiā cū fratris sui pernicie. De-  
inde qđ homo suavis, vicariū Christi & Petri successorē nō afferit,  
nisi & fidem habeat, In quo aut insanit, aut multos pontifices Rō:  
manos negat vicarios Christi fuisse, & sore posse, vt quos fidem  
habuisse nesciamus, atq; qđ oīm intolerabilissimū est Rho : pon-  
tificib⁹, sanctitate & pietate necessarij eos onerat, cū apd̄ nō satus  
sit, etiā eius vicariatus & pontificatus, quisine fide & sanctitate sit.

Sed age, lubrīcā hanc anguillā differam, & duo in mea ppo-  
sitione faciā. Primo, adducam firmamenta, quib⁹ primatus iste  
stabiliti fideliter posse, mihi videatur ita vt per ipsa etiā hereticis &

A ii.